



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

51. Dictvm Dionysii Alexandrini de Nepote, quem quidem propteringenium, eruditionem & pietatem, veneratus est & dilexit, sed doctrinam eius erroneam reprobavit, inquit inter alia:

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

“ *Lima velut ferrum, sic aduersarius hostis*
 “ *Nos acuit, virtus languit hoste carens.*

51. DICTVM DIONYSII ALEX-
 andrini de Nepote, quem quidem pro-
 pter ingenium, eruditionem & pieta-
 tem, veneratus est & dilexit, sed
 doctrinam eius erroneam
 reprobauit, inquit
 inter alia:

IN alijs quidem multis, etiam ego ample-
 ctor & diligo Nepotem, vel pro fide sua,
 vel pro eruditione & studio scripturarū,
 & præcipuè exercitio psallendi: sed reuera
 plus omnibus, & amanda & præferenda est
 veritas, laudare oportet, & absq; inuidia am-
 plecti, si quid rectè est dictum, discuti verò &
 discerni, si quid minus sanè scriptum est.

De docto retulit Dionysius illa Nepote,

Dogmata qui doctus falsa professus erat:

Magno equidem doctum complector amore Nepo-

Scriptura gnarum psallere & arte bonum. (tē,

” *Præ cunctis veri semper veneranda potestas,*

” *Veraq; sunt cunctis anteferenda bonis.*

” *Inuidia absq; decet reuerenter vera tueri,*

” *Laudibus & meritis tollere vera suis.*

Qua

*Quæ verò specie fucosa dicta videntur,
Doctis sunt rectè discutienda viris.*

”

”

52. DICTVM EIVSDEM DE
Apocalyp. Iohannis.

IN hac, quia multa diuina sacramenta sermonibus conteguntur humanis, non tam iudicijs discernenda, quàm fide credenda, & ideo non reprobò, quæ non intelligo, sed tantò magis admiror, quãtò minus assequor.

Talia de libro dixit Dionysius olim,

Mystica Ioanni qui patefacta refert.

Multa sub humanis subsunt mysteria verbis,

Quæ non iudicium, sed capit vna fides.

Non equidem reprobò, quæ non intelligo, verùm

Hòc magis admiror, quòd capio illa minus.

”

”

”

”

53. EXHORTATIO GREGORII
Episcopi Neocæsariensis in Ponto, ad duos fratres discordes inter se, & litigãtes de stagno hæreditario, quod postea precibus Gregorij, vt discordiæ occasio tolleretur, exiccatum est. Capite 25.

Nolite, filioli, rationabiles animas promutis animantibus violare, fraternam pacem quæstus cupiditate dissoluere, Dei leges, & naturæ pariter temerare.

Quæ